



MAGNIFICO, CLARISSIMO, DOCTISSIMOQUE VIRO, D. SEBASTIANO HAYDLAVF MOSKIRCHENSI, SS. THEOLOGIAE LICENTIATO, D. VIRGINIS MARIAE APUD INGOLSTADIENSES PAROCHO, & CELEBERRIMAE INGOLSTADIENSIS ACADEMIAE RECTORI, DOMINO AC PATRONO SUO COLENDISSIMO.

O n go tempore, Magnifice Domine Rector, amore tuarum clarissimarum uirtutum incensus, et maximis tuis beneficijs obligatus, toto tibi animo deditus fui, ac singularem tuam amplitudinem omnibus meis officijs calendam mihi proposui. Dum autem hanc meam uoluntatem quotti die declarare coeterem, commoda sane se hinc diebus obtulit occasio, cum ad dignam tua uirtute & prudentia rerum administrationem uocatus, sine ambitione ulla, nemine contradicente, Clariſſimorum & Doctiſſimorum uiorū ſuffragijs, A lme Ingolſtadienſis Vniuerſitatis Rector es renuntias. Ita quidem ut haec ſumma honoris accessio, maximum indicium dignitatis fecerit, apertissimeq; tantam tamq; eximiā uirtutem, quamta in te ſemper fuit, ad Reipublicae literariae utilitatem promouendam, quam primum & quam maxime neceſſarium eſſe oſtenderit. Quare & nomen, & uirtus & dignitas tua tantanunc eſt in omnium opinione, ita tua ad ſummum Reipub: literariae honoris gradum electio, omnibus grata & accepta eſt, ut non in maiori hominum estimatione opinioneq; eſſe poſſit. Que cum ita ſint, & ego hinc diebus, ut officio meo ſatisfacerem, Thesēs aliquot publicè diſcutiendas examinandasq; proponere conſtituſsem, illas cum ea potiſſimum ratione, ut de tua dignitatis amplificatione tibi gratularer, tum ut ampliſſimis tuis officijs ex parte responderem, tibi dedicare uolui, quare ut ea dem nunc & bonitate & integratate animum meum deſiderio ſatisfaciendi, gratiamq; reſerendi flagrantem, pro relata gratia accipias, qua integratate animiq; preſtantia me ab initio deuincire uoluſti, quam maximis poſſum preci- bus oro atq; obteſtor. Vale. Date Ingolſtadij Calendis Februarij, Anno ſalutis recuperatae 1569.

Tua Magnificentiae deditiſſimus,

Ioannes Iacobus Vualdkirch.

THESES PHILOSOPHICÆ, QVIBVS PVBLICE DISPUTANDIS, Deo optimo auxiliante: Annuentibus excellentiſsimis ac Doctiſſimis facultatis Philosophicæ Professoribus, ſtatiuſ post supremam in Philosophicis ſtudijs lauream uſceptam, Praefidebit M. Martinus Dornnerus Vnder- marchtalensis: Respondente Nobili ac eruditio bonarum artium Baccalaureo, Ioanni Iacobo Vualdkirch.

METAPHYSICÆ.

Monia, que per ſe ſpectant ad obiectum Metaphysicæ ſunt, re & ratione à materia abstracta: partes obiecti Metaphysicæ una communis ratione formali, contineri nequeunt.
Uritas ſpecifica uel numerica ſcientie non ſumitur ex abstractione, ſed ex ratione formalis obiecti ut res eſt.
Ens quod proxime diuiditur in decem genera non eſt ens finitum, quod contra ens infinitum, paſſiones, & ens habens paſſiones diſtinguitur, ſed illud, quod ſolas naturas complectitur.

LOGICÆ.

Licet inter graues authores controuerſia ſit, an Quantitas à ſubſtantia & Qualitate re diſtinguitur, nos tamen cum D. Thoma & Auerroë re diſtingui aſſumeſſe instrumentum ſcienſe uniuocè definitioni & demonstrationi conuenit. (firmamus.)
Demonſtratio, que per rei eſſentiam aſſignatur nobilitate & perfeſſione omnes alias demonſtrationes longe ſuperat, definitione tamen eſt imperfectior.

ETHICÆ.

Philosophia moralis, que omnium ſcientiarum artificibus, precipue Theologis, Iuris peritſ & medicis perutilis eſt, inter ſciencias Practicas ſine uilla con-
trouerſia eſt reponenda. (rum extenorū.)
Summum bonum ſeu felicitas, que ſecluso fidei lumine in hac uita haberri poſſe uidetur eſt operatio ſecundum uirtutem in uita perfecta cum affluentia bono-
vera & perfecta uirtutis definitio eſt illa, quam a Philofopho accepimus, nempe uirtutem eſſe habitum electuum in mediocritate poſitum, ea que ad nos eſt
definita recta ratione, ut definiſerit ſapiens.

PHYSICÆ.

Naturalis Philosophia obiectum, non eſt ens mobile, ſed corpus mobile, ut Alberto Magno placuit. (Scientia.)
Philosophia naturalis non ſortitur unitatem ſpecificam ſcientie à ſuo obiecto formalis ut obiectum eſt, nec ut res eſt, & ideo nullo modo eſt una ſpecie
Uritas ſpecifica motus à termino ad que non aut à quo, numericā uero, ab atoma unitate mobilis, temporis, et eius in quo ſit motus, nempe termini petenda eſt.
Ccelum eſt ſubſtantia quædam ſimplex & completa, & ideo nec ex elementis, nec ex materia & forma compositum.
Eadem numero accidentia, que materiam conſequuntur ut Quantitas, uel ex potentia materie uia alicuius agentis educuntur, ingenito & corrupto remanere
Agentia naturalia, habent uirtutem, que generent ſibi ſimile, omnia enim homine excepto uia propria effectum producunt. (poſſunt.)
In mixto non ſolum remanent elementorum uirtutes, uerum etiam forma ipsorum ut recte Auerroë ſenit.
Ventus eſt multitudine exhalationis calidae & ſicca eleuata à terra & alatere circa eandem mot.e.
Tonitruum eſt ſonus factus in nubibus ex uolenta percutione exhalationis calidae & ſicca ad nubium latera.
Omnes anime dempta anima celi tam ſecundum ueram Philosophiam, quam ſecundum Aristotelis ſententiam ſunt actus corporis informantes.
Anima vegetativa, ſenſitiva & rationalis, ſecundum ſubſtantiam et omnium operationum principia in ſingulis corporis partibus, que ad conſtitutionem ani-
malis pertinenſ inueniuntur. (He positiones publice in aula Albertina ueteris Collegij diſputabuntur pridię nonas Februarij, Anno Dñi 1569.)

INGOLSTADII EXCVDEBAT ALEXANDER VWEISSENHORN.

WAGAMICO GABRIEL
GASIMONE VICE DE KEDDO
CHIEF OF THE SOUTHERN
SIX NATIONS OF CANADA
RECEIVED BY CAPTAIN VICTORI DO-
ROH OF THE 22D INFANTRY REGIMENT

AT LONDON ON OCTOBER 25TH 1813.

CONCERNING THE CAPTURE OF THE
TREACHEROUS INDIANS

A. 1560.